

Corona virtutis merita
quâ ... promotore ...
mag. Simone Tålpo,
log: & met:...

Nidelström, Petrus

1 Ic Fol. Okat.



National Library
of Sweden



CORONA VIRTUTIS
MERITA

*Quâ
Faventibus*

MAGNIFICO RECTORE

S. S. Theol. Doct.

D. JACOBO FLACHSENIO,

Et

PROMOTORE

Pl. Reverendo & Ampli's: VIRO,

Mag. SIMONE TAPO/

Log: & Met: Prof: & Ph: Fac: DECANO,

Philos. CANDIDATI Meritissimi,

Dⁿ. PETRUS R G S /

Dⁿ. SVENO ARELIUS,

Dⁿ. LAURENTIUS

GEZELIUS,

Cingebantur

In inclyta Academia Aboensi

d. 25. Novemb. Anno 1691. reparata sal:

Simpliciter descripta & officiosè oblata.





Usarum domicilio cum recipi primum
quis affectat, rem ponderis maximi, &
multis profuturam modis, secum agita-
re censendus est, Alumnos enim omnes,
ha quibus virtutis studia cura cordique
sunt, admittunt; sorte quacunque fue-
rint, magis quam paternè sovent, & sine
uberrimo sc̄nore vix quemquam dimit-
tere volunt, Gratis hac dici ne quis opinetur, Ecce! pueros adhuc
ludicris rebus deditos, quosvis etiam rudes alios, & suae fortuna
nescios suscipere non dedignantur: multos enim ignorantia situ
infectos, perturbationumque astu huc illuc deiectos offendunt, ut
spes nullareliqua vite instituenda supersit, quos tamen Pierides
svavitare sua detinent ac demulcent. Dum literarum amatorum
omne studium est, bona semina mentis fovere, vitiosaque exstir-
pare, quo in meliorem frugem adolescant. Experiri hic licet, cul-
turam artis sanè ingeniosissima, quae è rudibus erudita, ab incultis
cultis ingenia format, hominemque homini antecellere docet. Pro-
indè his excolendis Musis, summam impendere operam, suis cul-
toribus haud malam gratiam referentibus, è re est. Quod satis
suo exemplo, viri Clarissimi Philosophiae Candidati meritissimi
demonstrant. Qui egregiis suis speciminibus honores Acade-
micos demeriti sunt, jam ergò Pallas sui officii memor venit
vos Corollis cinctura. Gratulor itaque vobis animitus Candi-
dati Politissimi, promptum ingenium, felicesque progressus di-
gnaque diligentiae brabea! bisce valete & salvete.

Vestrarum Claritatum.

Studiosissimus

PETRUS NGDELSMAN

Junecopiâ Smolandus.





Inciri qui vult amplâ Parnasside lauro,
 Induere & niveis, albis, se vestibus, atque
 Pieridum fausto pede tangere culmina celsa.
 Assiduis idem studiis incumbere debet;
 Multotiesque teret svadentia sidera somnum.

Indulgens Sacris Musarum, sedulitate,
 Rectè igitur sonuit, benè Tritum distichon hocce:
 Non jacet in molli veneranda scientia lecto,
 Illa sed Assiduo, summo, sic parta labore.
 Cur vigilare decet, Musarum pendere sacra,
 Imbribus atque Jovis venit aurèis sæpè rigatus.
 Præcellentes vos, omnes nunc arte magistri
 Semper fecistis sic, primo à flore juventæ;
 Virtutis callem pressistis robore summo,
 Castaliasque domos, pandistis Palladis arces.
 Cur cróllis vestras frontes jam condecoravit,
 Vestibus ornavit niveis & corpora vestra,
 In studiis vestris adiutor Magnus Apollo.
 Mella fluam vobis faciet summus Deus ille!
 Cœlicolum Numen referet sic præmia larga!


ERICUS RUDOLPH Jun. Smol.



Laudite Pierides, plausum dent Sidera celsa,
 Gloria Musarum fulget per culmina mundi,
 Artibus infixis, dant præmia justa laborum.
 Castalides doctæ, frondenti tempora lauro
 Vestraque pro meritis, cingunt gemmisque,
 Corona.

Ite Triumphantes, festum celebrate beatum!
 Virtutis palmam gestatis pectore læto.
 Curriculis vitæ confectis, Laude Magistri!
 Rectorem, qui scepra tenet radiantis Olympi,
 Vinciat implorans æternis floribus Ora.

*THEODORUS JUNBEER
 Jun; Smol.*

 Ngeniis humanis proponuntur quidem multa perpendenda, inter ea, opificium ipsius Jehova maxima deliberatione dignum excellit; ut alias species silentio prateream, mentionem Phœbi facturum, qui habitaculum inferius, nitore suo maximo illustrat radiisq; nebulas densas, tenebrasq; crassas depellit, & Phosphorus per amœnum Jubar suo fecundo radiat. Sed quid de homine præstantissimo omnium mundanarum rerum dicam? nonne ille omni Elogio dignior sit? cum diurnâ nocturnaq; manu artibus præsertim, liberalibus incumbit, arcemque virtutis aditu difficilem Sectatur, quo doctus evadat. Cui opinioni CATO addit calculum inter alia sua dictoria verè divina dicendo;

Discere ne cesses cura sapientia crescit,
Rara datur longo prudentia Temporis usu.

Quod vos Pereximii Domini Candidati ad unguem perpendistis ac in delitiis habuistis; nam ab ipsis ephebis non Solum unice dedistis operam virtuti; verum etiam studiis animum, omnesque ingenii nervos applicuistis. Jam igitur cacumina ipsius Pindi vidistis, culmen ipsum Parnassi conscendistis, Pimpleque collem occupastis idcirco Muse ulnis obviam obviam veniunt; dignum brabeum offerentes, vestras molestias numero plures laboresque Herculeos Magisterii lauro coronant. latus hanc occasionem nactus, industriam diligentiamque vestram à teneris amatam summis cum Elogiis effero. Vivite igitur in Pyleos annos, Patria utilitati, Parentibus solatio, vobis, omnibusq; bonis emolumento, quod vovet!

JOHANNES JODRINGS.

Jun. Smol.

